HAIMO ALTISSIODORENSIS. (PS.-)HIERONYMUS
Zwettl 3. Drittel 12. Jh. Seite 190v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



frixa contabuerunt. Percussum est
quasi fenum et arefactum est cor meum.
quia oblitus sum comedere panem meum.
A uoce gemitus mei adhesit os me-
um carni mee. Assimilatus sum
pellicano deserti. factus sum quasi
bubo solitudinum. Vigilaui et
fui sicut auis solitaria super tectum.
Tota die exprobrabant me ini-
mici mei. exultantes per me iu-
rabant. Quia cinerem sicut panem
comedi. et potum meum cum fletu mis-
cui. A facie indignationis et ire
tue. quia leuasti me et allisisti me.
Dies mei quasi umbra inclinati sunt.
ego quasi fenum arui. Tu autem
domine in eternum permanes. memoriale
tuum in generatione et generatio-
ne. Tu suscitans misereberis
syon. quia tempus est ut miserearis eius.
quomodo uenit tempus. quomodo uenit pactum.
Quomodo placitos fecerunt serui tui la-
pides eius. et puluerem eius miserabilem.
Et timebunt gentes nomen domini. et uni-
uersi reges terre gloriam tuam. Quia
edificauit dominus syon. apparuit in
gloria sua. Respexit ad orationem ua-
cui. et non despexit orationem eorum.
Scribatur hoc in generatione no-
uissima. et populus qui creabitur lau-
dabit dominum. Quomodo prospexit de ex-
celso sanctuario suo. dominus de celo terram

contemplatus est. Vt audiret gemitum
uincti. ut solueret filios mortis.
ut narretur in syon nomen domini. et
laudatio eius in ierusalem. Cum con-
gregati fuerint populi simul et regna.
ut seruiant domino. Afflixit in uia
fortitudinem meam. adbreuiauit di-
es meos. Dicam. dominus meus ne rapias
me in dimidio dierum meorum in ge-
neratione generationum anni
tui. In principio terram fundasti. et
opus manuum tuarum celi. Ipsi peribunt
tu autem stabis. et omnes quasi uestimen-
tum atterentur. et quasi pallium mu-
tabis eos et mutabuntur. Tu autem
ipse es. et anni tui non deficient.
Filii seruorum tuorum habitabunt.
et semen eorum ante faciem tuam diri-
getur. Psalmus

Benedic anima mea do-
mino. et omnia uiscera
mea nomini sancto eius. Benedic
anima mea domino. et noli obliuis-
ci omnium retributionum eius. Qui
propiciatur cunctis iniquitatibus meis
et sanat omnes infirmitates me-
as. Qui redimit de corruptio-
ne uitam meam. et coronat me misericordia.
et miserationibus. Qui replet bonis
ornamentum tuum. innouabitur sicut
aquile iuuentus tua. Faciens iusti-
cias dominus. et iudicia cunctis